



Praxis Avrea Qvotidianarvm Rervm Ecclesiastici Fori

In qua Variæ Iuridicæ Resolutiones ex approbatis traditionibus Doctorum,
atque diuersorum Tribunalium, præsertim Rotæ Romanæ, Decisionibus,
excerptæ, continentur; Opvs Qvatvor Partibvs Distinctvm

Continens Tertiam, & Quartam Partem: Quibus, hac nostra editione ab
innumeris mendis repurgata ...

Riccio, Giovanni Luigi

Venetiis, M.DC.LXXIV.

An Blasphemia Facti Acrivs punienda veniat, quam ea, quæ oretenus
prolata est.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98599](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98599)

triremibus ultra poenas aliarum pragmaticarum, ut per Nouar. in Coll. ad eandem pragmaticas, quem in facti contingentia videre poteris.

RESOLVT. XLII.

- 1 *Pœna c. 2. de maledictis an habeat etiam locum in clerico blasphemo, & vide num. 4.*
- 2 *Verba generalia omnia comprehendunt.*
- 3 *Qui omne dicit nihil excludit.*
- 5 *Appellatione populi non venit clericus.*
- 6 *Clerici non subeunt poenas publicas.*

An poena c. 2. de maledictis locum sibi vindicet in Clerico blasphemo.

- 1 **C**raus est inter DD. Canonistas disputatio si depositio tex. in c. 2. de maledictis contra Clericos blasphemantes locum sibi vindicet, & videbatur affirmatiue resoluendum, si quidem tex. ille loquatur indefinitè, quo fit ut omnes comprehendantur tex. est expressus in l. si ita, ubi latè Bal. ff. de legatis 3. & regula iuris est, quod verba generalia omnia comprehendunt l. generaliter ff. de legatis præstandis, & maxime ubi iura non adhibent distinctionem, quo casu per hominem distinguui nequit ad text. in l. de preio. ff. de publicanda in rem actione, & qui omne dicit nihil excludit l. Iulianus. ff. de legatis 3.

Cæterum supradictis minime suffragantibus contrarium iudicavi in quadam causa blasphemie cuiusdam clerici mihi delegata, & consequenter, quod in clerico non habet locum dicta poena c. 2. de maledictis, ad quam opinionem comprobendam adducebam personas clericorum non venire in generali dispositione ad text. in c. si clericos, ubi Arch. & reliqui communiter de sententia excommunicat. vnde appellatiue populi non venit clericus c. si sententia, cod. tit. cum sit quædam qualitas in eis, per quam augmentatur natura rei, ut per Valasc. in decision. 100. post Panor. & communiter alij in rubric. de vita, & honestate clericorum, & maxime quia clerici non subeunt poenas publicas capit. ex poenitentibus 50. dist. ca. 1. de Bigamia, sed in eo esse poenam arbitriam censuit Panor. in dict. cap. 2. num. 8. Simanchas in Praxi Hæreseos titulo 9. Egid. Bos. de inquis. qu. 131. nec poenam d. cap. si quis per Capillum, quod Clericus deponatur depositione verbali non actuali locum habere censeo cum dicendum sit cum clericis agendum esse poena statuta sub Leone Decimo Pontifice Maximo in Concilio Lateranensi sess. 9. de reformat. Curie, quod & tenuit Diaz in pract. crim. canonic. cap. 103. n. 5. Maiolus de irregularitate li. 5. cap. 32. n. 2. Decian. in ca. 6. n. 3. Foller. in dict. pract. censuali in §. Nicolaus Episcopus n. 51. & canonè dict. Concilij Lateran. inferuit Menoch. in d. casu 375. n. 29.

AN BLASPHEMIA FACTI ACRIVS puniendi veniat, quam ea, quæ ore tenus prolata est.

RESOLVT. XLIII.

- 1 *Facta verbis potentiora esse, exemplis ostenditur.*
- 2 *Talis præsumitur animus qualia sunt facta.*
- 3 *Blasphemia facti seuerius coercenda est, ea quam blasphemans ore tantum euomit, & cur num. 3. intellige tamen num. 9.*
- 4 *Facti blasphemie exempla.*
- 6 *Facto blasphemans qualiter puniendus.*
- 7 *Imaginum violator, aut irrifor, qua debeat poena plecti remiss.*

8 *Necromantica, & alia id genus imagines perfringenda, earumque authores puniendi, & à quibus, & quando, ut numero 9.*

10 *Blasphemia hereticalis cognitio Reuerendissimorum est Inquisitorum, non hereticis laicorum est Magistratum.*

Ex Costa de facti scientia, & ignorantia inspectione 17.

- 1 **C**um facta sint longè verbis potentiora vulg. l. de pupillo §. meminisse. ff. de num. oper. nunc. cap. dilecti filij il 2. de appellat. ubi plus est ad Sedem Apostolicam prouocare factum, quam verbo l. nostram. C. de testam. ubi si testator, testamentum iure factum inciderit, vel signa remouerit consulto, elogium illud vires habere definit, nam talis præsumitur animus, qualia sunt facta c. caute 22. q. 5. & Rojas de hæret. p. 1. num. 288. & seqq. quæritur non incongruè an blasphemia facti acrius sit punienda quam, quæ cor- de fit, vel ore tantum, veluti in conculcatione Sanctissimæ Crucis seriò facta, vel intemperatæ Deiparæ- que Virginis, ac Cœli Reginae, aut imaginum Sanctarum tabularum, vel statuarum vilipendio ob deturpationem percussione, in terramve proiectionem ex industria, vnde manauit impietas idolatriæ, & in promptu resolutio est affirmatiua, ex cap. 2. §. certum de offic. ord. in 6. argu. l. qui statuas. ff. ad l. Iuliam maiest. cum mult. pertinèter adductis per Plot. eius nominis tractat. num. 5. 6. quandoquidem, si seruanda est seueritas contra prorumpentem indeuotè, ac temerè in verba maledica, & iniuriosa, quæ omnipotentis Dei bonitatem oblidunt, ut cernere est apud Boer. decif. 301. Menoch. de arbitr. iud. cas. 375. Gramm. decif. 50. Clar. ad §. blasphemia, & ibi Baiard. Borrel. conf. 43. Bertazzol. conf. 53. & ei addent. vol. 2. crim. Telsau. 241. copiosè Viui. dec. 255. 388. p. 2. Afflicti. in const. Reg. lib. 1. verb. inconsubstantiale num. 53. 54. abundè Graff. aurear. decif. p. 1. lib. 2. c. 19. & 20. ubi habetur detestatio blasphemie, præcipue eius, quæ pertinet ad peccatum in Spiritum Sanctum: multo certè magis contra eum, qui impiè imaginem Christi Crucifixi, aut Sanctorum percussit, fregit, aut aliter se gessit. Clar. §. fin. q. 68. nu. 19. dicens scelestissimo huiusmodi esse amputandam manum mox, & caput. Qualiter autem coerceantur inhonorantes imagines, earumque violatores, vel irrifores, videat lect. Marquard. tr. de iudæis p. 3. c. 13. n. 18. Conrad. Brun. de hæret. lib. 5. cap. 20. n. 8. Cepoll. de seruitut. urbana prædior. cap. 51. nu. 12. 13. Simanc. de Cathol. instit. tit. 33. n. 19. & seqq.

Obiter autem (postquam in id incidimus) dicendum Pseudoprophetarum confringendas esse imagines sic Astronomicas (vulgò Ziferas) necromanticas, & factas ad puerorum falcinationem, vel ad maleficiandos homines, imò & earum authores puniendi sunt à venerab. inquisitoribus. Siman. d. loco num. 15. 16. Griliand. de sortileg. q. 5. & 10. Martin. de Arles tr. de superstit. num. 24. latissimè pract. Episcop. authore Zerull. ver. concilium, fol. 54.

- 9 *Intelliguntur tamen prædicta in confesso, vel in conuicto per testes vno plures nec infames, ut aduertit in casu blasphemie Sim. de pret. conf. 51. siue sit blasphemia, cuius cognitio pertinet ad inquisitores, siue nõ contineat heresim, cuius animaduersio pertinet ad laicos magistratus. Rojas de hæret. p. 2. n. 150. & seqq.*

RESOLVT. XLVI.

- 1 *Non solum est puniendus blasphemans, sed etiam blasphemantem non deferens.*
- 2 *Quis potest secretè absque expressione nominis denunciare blasphemantes.*

3 Blas-

- 3 Blasphematores seipsos accusantes evitant penas corporales.
 4 A pena c. 2. de maledictis excusantur blasphemii varijs de causis, quas vide per discursum. num. 5. & 6.
 7 Consuetudo a pena legis excusat.
 8 Consuetudo contrarius diuinum etiam quod totus mundus illa vteretur non excusat.

A pena c. 2. de maledictis, ex quibus causis quis excusandus veniat.

- 1 N Edum blasphemans est puniendus, verum etiam blasphemum non deferens c. si quis per capillum 22. q. 1. ibi si quis autem talem hominem non manifesta-uerit. & Doctor. in c. nonnulli extra de iudæ. Idem statuit Leo X. in constit. 15. vers. statuimus, & ordinamus in Bullar. nouiter impresso fol. 194. & Iulius III. in constit. 43. vers. monendo tamen eos in eodem Bullar. fol. 545. vult etiam quod quis possit secretè absque expressione sui nominis denunciare blasphemantes, & dat formam secretè denunciandi, & in dictis constitutionibus ponuntur pœnæ, quibus in statu Ecclesiastico blasphemantes puniuntur, contra quas etiam adest constitutio Pij Quinti in eodem bullario. fol. 926. vnde falsi testes puniuntur isdem pœnis, quibus blasphemii, & vterius ad trirèmes perpetuo. Iulius III. d. constit. 43. vers. si quis (quod Deus aduertat) & ibi dicit quod blasphematores seipsos accusantes evitant penas corporales.
 Excusantur tamen blasphemii a prædicta pœna varijs de causis.
 4 Primo quando quis iracundia, & iusto dolore motus blasphematur, vt per Foller. in pract. censuali in verb. Nicolaus Episcopus num. 56. cum seq. Tiracuell. de pœnis temporalibus causa 1. num. 14. cum pluribus sequent. vbi refert Dec. in conf. 163. vers. nō debet illud dictum de blasphemia dicentem non dici propriè blasphematorem, qui in ludo fortè blasphemauerit, dum iratus esset, & per Fab. de Monte Leon. in pract. super 4. literis arbitrarij 69. p. 4. num. 42. vbi ponit exceptiones in crimine blasphemiae, & multa exempla quando quis dicatur iusto dolore motus ad iracundiam; vide etiam Menoch. de arbit. iud. casu 355. num. 33. & ea quæ posui in d. q. 60. in vers. est etiam ira brevis furor.
 5 Secundo si quis statim se corrigat puta dicendo *Domi lo perdoni* percutiendo pectus, vel os, vel aliquid simile agendo, ex subita correctione pœnam evitaret blasphemiae, quia esset eiusdem argumentum, quod ex lubrico lingue blasphemauerit. Alex. conf. 15. ante finem vol. 3. Felin. in c. auditis col. 18. de præscript. Gerard. singul. 83. Soc. in consil. 102. & Cepoll. conf. 79.
 6 Tertio mala consuetudo excusat a pœna temporali etiam homicidij, non autem aeternali. Cremenf. sing. 149. mos puerorum. Anchar. & alij doct. in cap. cum venerabilis de consuetud. Rom. fin. 19. an consuetudo, & intelligi de consuetudine publica, quæ excusat, dummodo non sit contra ius diuinum, vel naturale, & non sit per principem, vel legem obligata, quia tunc non excusat. Tirac. de pœn. temp. cau. 42. vbi plenè hanc materiam tractauit, & posset excusari a blasphemia, vt minus puniatur, & ideo vide eum, qui multum diffusè hanc materiam tractauit; sed Bero. in consil. 90. per totum vol. 3. tenet quod consuetudo a pœna legis excusat etiam, quod consuetudo per legem Principis abrogata fuisset, si ante & post dictam legem consuetudo seruata fuerit, & quod hoc procedat in licitis, non autem in illicitis, vt est in ludo prohibito, vide etiam Gramma. in consil. 15. num. 12. & Mascard. de probat. in concl. 194. num. 9. vbi tenet, quod consuetudo a rigorosa pœna

excuset; sed contrarium est verius, quod non excusat quia in his, quæ de se, & sui natura mala, & detestabilia sunt, & præsertim contra ius diuinum consuetudo etiam quod totus mundus illa vteretur non excusat. cap. flagitia. 32. quæst. 5. Calcan. consil. 28. col. 5. Gabr. commun. concl. lib. 5. conclus. 8. num. 27. Felin. in c. ea quæ de Simon. & latè Farinac. quæst. crim. in quæst. 20. numer. 44. cum sequent. & quot modis blasphemans a pœna blasphemiae se excusare possit latè habetur per Decian. in tractat. crimin. capit. 5. tom. 2.

RESOLVT. XLV.

- 1 Proferens verbum pota di Dio dicitur propriè blasphemare, & omne verbum vituperosum prolatum contra Deum dicitur blasphemia.
 2 Statutum contra maledicentem Deum tam in eo, qui maledicit, quam in eo qui turpia verba profert contra Deum locum habet.
 3 Quis dicatur blasphemus, & quid sit blasphemia.
 4 Blasphematur Deus quando contemnitur, & quomodo blasphemia committatur.
 5 Blasphematur etiam cum per membra Christi iuratur.
 6 Iniuriam Deo illatam per blasphemiam ex iuramento per membra Dei cum species sit hæresis, officiales Ecclesiastici & seculares remittere nequeunt.
 7 Blasphemia reputata hereticalis in Curia Archiepiscopali Neapolitana dicitur, pota di Dio.
 8 Blasphemia habet granitatem infidelitatis concurrentibus suis circumstantijs.

Proferens verba hæc, pota di Dio, an sit blasphemus.

- 1 R Espondeo quod Vinus in decis. 388. tenet, quod proferens huiusmodi verbum, pota di Dio, dicitur propriè blasphemare cum omne verbum vituperosum prolatum contra Deum dicatur sincerè quidem blasphemia, prout ita in proprijs terminis concedit Cataldinus in tract. de sindicatu num. 105. vers. secus tamen puto Alex. in pragmatica Regni prima, num. 64. & seq. & 83. de blasphemia, & Boslius in tract. crimin. in tit. de inquisitione sub num. 131. & ratio ea est, nam quodlibet verbum iniuriosum, & impiè prolatum contra Deum dicitur blasphemia, cum læsiuè, contraque etiam bonos mores dicatur pronunciari teste Bart. per illum tex. in l. item apud Labeonem §. ait prator. ff. de iniurijs, & ibi etiam Ang. & Anania in capit. statuimus, cap. 18. ext. de maledictis sub num. 17. & seq. Host. in capitul. ex his eod. tit. glos. in cap. qualis 25. distin. Catald. in tract. de synd. sub num. 105. & sic demum omne verbum vituperosum secundum Ang. in l. 1. C. si quis Imperat. maled. dicitur blasphemia etiam si nullatenus Deus maledicatur.

- 2 Et inde est quod stante statuto contra maledicentem Deum, vt illud obtinere debeat locum tam in eo, qui dicit maledico Deum, quam in eo, qui verba turpia profert contra Deum, vt per Angel. & de Im. in l. his verbis §. 1. de hered. instituend. & Canonistas vniformiter omnes in cap. 1. & seq. de maledictis, & Boer. decis. 301. num. 11.

- 3 Comprobaturque itidem eademmet conclusio ex diffinitione ipsius blasphemiae, nam blasphemus dicitur vbicumque aliquis attribuit Deo, quod ei nullatenus conuenit, vel de eo negatur, vel detrahitur, quod ei conuenit secundum August. & Ambrosium, aliosque Theologos vniformi voto omnes varijs in locis Theologiæ, Montanum in tractatu de reprobatione sententiæ Pilati post principium in 1. dubio, n. 1. Socinus senior, consil. 102. in præfenti consultatione vi-

ne videtur prima facie dicendum, col. 2. vol. 1. & Couar. in c. quamuis pactum in prima parte, §. 7. nu. 8. de pactis in 6. & secundum S. Thom. in 2. 2. qu. 13. art. 1. & ibi Caiet. blasphemiam est contumelia, vel conuicium in iniuriam Creatoris, & consequenter blasphemiam est verbum in contumeliam Dei prolatum, vt per Clar. cum alijs aggregatis Doctoribus per eum in pract. criminal. lib. 5. §. blasphemiam in principio, vbi commemorat istam esse omnium in iure scribentium communem opinionem, & Nicolaus Domini Iacobi de Montealbaro, consil. 48. sub num. 6. & seq. posito inter consilia criminalia diuersorum collecta per Zilettum vol. 1. & denique blasphemiam est (vt omnia vno tantum verbo claudam) per quam Deo falsa dicuntur, nam blasphematur re ipsa tunc Deus cum contemnitur, c. cum apud 33. p. 5. & Gratia. decif. 50. Marc. sub num. 6. imo secundum Hug. de S. Vict. in lib. de fructu carnis, & spiritus, c. 6. blasphemiam est cum quadam probrosa irreligiositate conuiciorum iacula in diuinam Maiestatem committere, & sic cum diminutione honoris diuini vituperium, aut conuicium, & consequenter quibus alijs modis committatur blasphemiam explicat quoque, ac explanat Boer. in dicta decif. 103. num. 2. & seq.

Immo etiam dicitur blasphemiam cum profertur verbum contumeliosum contra Deum, sed etiam blasphemus Deum ipsum ille dicitur, qui iurat per membra Dei, & potest itidem poena puniri, c. finali de maledictis, & ibi Anania sub num. 13. vbi assignat rationem, qua de causa per membra Dei, & Christi iurandum non fit, tum quia sic iurans reputatur re ipsa peritius, atque blasphemus, tum etiam quia incurrit quoque peccatum quippe mortale, vbi profert magnum quidem etiam verbum; officiales tunc tam Ecclesiasticos, quam saeculares huiusmodi iniuriam Deo illatam per blasphemiam remittere non possent modo aliquo, cum hec iniuria sit dubio procul speciosa heresis, & idem firmat quoque Socinus Sen. in d. consil. 102. col. fin. vol. 1. Couar. in d. c. quamuis pactum in 1. parte, §. 2. sub num. 9. vers. 8. eadem regia responsio, & Alexand. Rom. in d. prag. 1. de blasphemiam, num. 65. & inde non immerito quidem non semel tantum vidimus in curia Archiepiscopali Neapolitana, talem blasphemiam dum dicitur per blasphemum, potra di Dio, reputatam hereticalem, atque connumeratam inter casus reservatos, & nihil mirum nam blasphemiam ipsa habet omni dubio procul gravitatem infidelitatis, teste S. Thom. in 2. 2. qu. 13. art. 3. & Alfonso a Castro lib. 1. de iusta haereticorum punitione, ca. 12. quoniam blasphemiam concurrentibus suis circumstantijs, vel heresis est, vel praesumi potest error intellectus, vel suspicio heresis in tantum, quod tunc inquisitores merito quidem possent eam punire, sicut de fortilegijs cauetur, c. accusatus, §. sanè de haeret. in 6.

RESOLVT. XLVI.

- 1 Blasphemiam an sit dicendo, non lo potria far Dio.
- 2 Disceptare de Regis potentia est sacrilegium.
- 3 Quid sit blasphemiam.
- 4 Verba prolata in contemptum Dei inducunt blasphemiam.
- 5 Blasphemiam est omne de Deo maledictum, vel contra eum.
- 6 Facta pro infectis haberi non possunt etiam respectu Dei.
- 7 Nullum crimen est detestabilius blasphemiam, quae atrociter ponit os suum in caelum.
- 8 Delectatio in vituperium Dei est grauissimum peccatum.
- 9 Omne peccatum blasphemiam comparatum leuius est.
- 10 Blasphemiam peccatum grauius est homicidio in genere suo.

Proferens verba haec, non lo potria far Dio, an sit blasphemiam, & an incidat in penas, cap. 2. de maledictis.

- 1 Dicendo quis, non lo potria fare domene Dio, an sit blasphemiam, Nicolaus de Vbald. de Perusio in quodam suo consilio, quod vidi manuscriptum, videtur respondere varijs rationibus, & autoritatibus huiusmodi verba inducere veram blasphemiam, & haec opinio comprobari etiam posset arguendo argumento a maiori, quod validum quidem est in iure l. fin. C. qui atate, lib. 10. & l. cui pacti, ff. de fer. 2 expor. sed disceptare de Regis potentia est crimen sacrilegij, l. disceptare. C. de crim. fac. & in consil. Regni de sacrilegio, consil. disputare; ergo multo fortius tenetur ille, qui de potentia Dei disceptat, & Sanctorum eius.
- Itidem de altera ratione huiusmodi verba dici possent blasphemiam, arguendo a diffinitione eiusmodi blasphemiae; nam blasphemiam dicitur irreligiosa reprehensio, detractio potentiae, vituperatio, & maledictio secundum Hug. de Sanct. Victor. Isid. & alios Theologos, & Canonistas varijs in locis Theologiae, & iuris Canonici, & patet Matth. vlt. c. vah, vah, qui destruis templum Dei, &c. & facit auth. vt non luxur. contra nat. & sic cum aliqua verba in contemptum Dei proferuntur inducunt blasphemiam: ita glos. in c. qualis 25. dist.
- Nec non maledictum omne de Deo, vel contra Deum est etiam blasphemiam, teste Bart. per rationes, & autoritates allegatas per eum efficacissimas in l. item apud Labeonem, §. sed quod adijciatur, ff. de iniur.
- Et consequenter dicitur quoque blasphemiam verbum impium prolatum in auth. vt non luxur. contra nat. Bald. consil. statuto ciuitatis Castelli, & Ang. in l. 1. C. si quis imperat. maled. vbi concluditur etiam, quod blasphemiam est omne verbum vituperosum in contumeliam Dei prolatum, etiam si non maledicatur Deus.
- Et hinc denique concludere quod blasphemiam dicitur omne maledictum de Deo, & Sanctis eius, vel si negetur potentia Dei, seu si verbum aliquod vituperosum proferatur contra Deum, vel in eius verecundiam: ita Host. in c. de his de maled. & Boer. pleniori manu decif. 301. & ita etiam consuluit Nicolaus de Montealbaro in consilio 48. posito inter consilia criminalia diuersorum vol. 1. quod blasphemiam sit dicere, non lo potria far Dio.
- Sed hoc quippe procederet iudicio meo vbiunque quis verba haec proferret in Dei contemptum, & appareret hoc idem saltem per aliquas coniecturas, vel quando in eius sermone veritatem nullatenus protulisset, vel in rebus illicitis loqueretur, verum vbiunque res ita se haberet, veritatemque quis assereret in sermone suo, & fides sibi non praestaretur, tunc asserendo, non lo potria far Dio, vt res aliter se haberet, autumarem hanc non esse blasphemiam, nec punibilem fore, vt ostendam infra in proxima sequenti opinione ex doctrina Sancti Thom. & Afflicti.
- Et ratio ea est, quoniam facta pro infectis haberi non possunt l. verum est, vbi Dec. ff. de regul. iuris etiam respectu Dei cap. Paulus 32. q. 5. scribit enim Bart. in l. non dubium num. 14. C. de legib. quod neque lex, neque Deus facere possunt, quod non sit factum id, quod factum est, & sequitur fertiliter quidem Surd. consil. 93. ver. dubitatur nu. 8. & hoc procedit sincere quidem quo ad veritatem, secus vero quo ad iuris effectum, ita glos. in clemen. vnic. in verbo. pro infectis non habentur nisi ope fictionis, vt per de Rosellis in tractatu de legitimatione de causa finali, seu effectiua legitimationis num. 2.

In

- 7 In tantum quod in omnem euentum blasphemia nihil est horribilius, quæ atrociter ponit os suum in cælum, teste Nicol. de Lyr. Esai. 18. & ipsius blasphemie peccatum grauissimum est. Farinac. in suis quaest. & communib. opinionibus criminalibus q. 20. nu. 6. lib. 1. vbi num. 3. & seq. concedit blasphemiam omnibus alijs criminibus detestabilius fore, & in d. q. 20. per totam omnes species blasphemiam discurret.
- 8 Et hinc asserit Ricar. de Sanct. Vict. quod scelerrimum genus peccati est, quado quis in Dei vituperium delectatur, & Hieronym. super illo verbo Esai. 18. cap. ad populum terribilem, &c. concludit quod omne peccatum, blasphemiam comparatum lenius est, nam blasphemia ipsa grauius est peccatum in genere suo, quam homicidium Sot. in 4. sent. dist. 12. q. 1. art. 5. col. 3. sub vers. respondetur autem cum Cajetano, Ioan. de Capist. in c. manifesta de pœn. & remis. num.

PRAXIS BVLLÆ CLEM. VIII. CONTRA
Duellantes.

RESOLVT. XLVII.

- 1 Duella sunt illicita, & per ipsa Deus tentatur.
2 Duellum prohibitum fuit à lege diuina, naturali, canonica, & civili.
3 Permittentes duella sunt excommunicati.
4 Clemens 8. edidit constitutionem contra duellantes.
5 In Regno Neapolitano adest pœna mortis contra prouocantes ad duellum.

Duellum quibus legibus censeatur prohibitum.

- Duellum omni iure prohibitum censetur secundum Bald. in cons. 62. volum. 1. ex quo enim sequuntur mortes, & vulnera, sunt illicita, iuxta gloss. in l. qua actione §. si quis in colluctatione ff. ad l. Aquilam l. vnica. C. de gladiat. lib. 11. & in tit. de cler. pugnant. in duell. & solent assignari rationes, quia inuenta sunt ex diabolica imaginatione, vt homines se trucidarent, & sequeretur animarum perditio: item per ipsa tentatur Deus, id enim agunt pugiles, vt Deus ei qui habet iustam causam pugnandi, concedat Victoriam cum interdum succumbat, & lex Lombarda dicit. Multos vidimus sub iusto Clipeo perijisse, & raro accidit, vt reperiantur Pugiles eiusdem fortitudinis, & industriæ, notat Panor. mit. in cap. 1. & fin. eod. tit. in fine. Hinc fit duellum
- 2 fuisse detestatum diuina, naturalique lege, ac sacris canonibus damnatum illorum abusus, & deinde per Concil. Trident. sess. 25. capit. 19. vbi ipso facto excommunicantur, Imperatores, Reges, Duces, Principes, & Marchiones, & quicumque alio nomine Domini nuncupati, qui in suis terris facultatem
- 3 faciunt duelli, quos non solum excommunicat lata sententia, sed priuat dominio locorum, ita vt si sunt loca Ecclesiæ recurrant ad ipsam, si autem feudalialia recurrant ad Dominos. Secundo; duellum, vel pugnam committentes, & infligit eandem proscriptio- nis, & perpetuæ infamiae pœnam, & in pugna, occisos priuat Ecclesiastica sepultura. Tertio; eorum paternos. Quarto; consilium in causa duelli tam in iure quam in facto suadentes. Quinto; spectatores eorum.
- 4 Aderant autem antea, & aliæ constitutiones de prohibitione duellorum videlicet Iulij II. fol. 155. incip. Regis, & cetera. Leonis 10. incip. Quam Deo, fol. 232. Clementis 7. consuevit. fol. 293. Iulij 3. cum sicut fol. 558. ac Pij 4. Ea quæ fol. 686. Nouissimè autem adest Santissimi D. Clementis VIII. confirmatio, declaratio, & extensio constitutionum Aposto-

licarum, & decreti Concilij Tridentini, contra pugnantem in duello publice, vel priuati; Nec non, contra mittentes scribentes, ac diuulgantes chartulas prouocatorias, aut scripta quæ dicuntur manifesta, eorumque fautores, & complices; Ad huius etiam detestandi criminis punitionem extat in Regno hoc Neapolitano pragmatica sanctio. incip. nouis occurrentibus morbis statuens pœnam mortis naturalis ipso iure incurrendam non solum per ipsos principales audentes prouocare alios ad duellum, etiam si nullum certamen sequeretur, verum etiam per nuncios intermedios, & assistentes similibus pugnis, & duellis; excipiuntur verò duo casus, in quibus dicta pœna minoratur, vt in dicta pragmatica super qua extant commentaria Petri Follierij, & Ioan. Franciscij Scaglioni.

RESOLVT. XLVIII.

- 1 Honoris causa multa permittuntur.
2 Ad decus, & libertatem nati sumus.
4 Non potest quis acceptare duellum causa defensionis proprii honoris.
4 Non acceptare duellum est dedecus apud homines vanos.

An acceptans duellum ob defensionem proprii honoris incidat in pœnas prefatæ Bullæ.

Cum fuissim interrogatus in contingentia facti si prouocans, vel acceptans duellum ob defensionem proprii honoris, seu nobilitatis incidat in pœnas prefatæ Bullæ contra duellantes editæ.

- Et primo intuitu videbatur negativè concludendum, si quidem honoris causa multa permittuntur quæ alias denegantur. l. honoris. ff. ad Trebell. vnde iure merito. Menoch. consil. 302. num. 1. lib. 4. inquit, qui honoris, & dignitatis suæ, maiorumque suorum, tuendæ causa omnem diligentiam, & curam adhibent non modo damandi non sunt, sed summo opere laudandi quippe quod nihil sit apud nos mortales, quod tanti debeat fieri quantum honoris dignitas, atque excellentia, quæ ceteris omnibus rebus huius sæculi antefertur. l. iusta ius. ff. si quis o mls. caus. testam. l. reprehendenda; vbi Ias. notab. tercio, C. de iustit. & substitution. Bald. consil. 482. num. 3. lib. 5. Curt. Jun. consil. 79. num. 3. Corne. consil. 192. num. 8. volumine 1. Burlat. consil. 191. num. 13. tom. 2. Cephal. consil. 615. num. 89. & in cuius comparatione pro nihilo reputantur mille Thesauri, & diuitiæ Prouerb. cap. 22. & Eccles. cap. septimo, cap. ex merito 6. quaest. 1. cap. licet in B. Petro de accusat. Ioan. de Anan. in cap. dura, nu. 4. & 5. de crimine falsi. Oldrad. consil. 93. in princip. Burlat. consil. 273. num. 16. lib. 3. Couarr. in regul. peccatum parte 1. de elect. num. 6. Ias. in Ladmonen dissecunda lect. num. 235. ff. de iur. iur. Molin. de iust. disp. 37. num. 24. Dixit D. Ambrosius lib. 3. officiorum. cap. 4. quis enim vitium corporis, aut patrimonij damnum non leuius ducat vitio animi, & existimationis dispendio. Anch. consil. 325. num. 4. quin etiam grauiorem quam oculorum, famæ iacturam esse ex l. infamia. C. de decurionibus lib. 10. & nedum vitæ humanæ æquiparatur l. iuxta. ff. de manum. vindicta. Menoch. consil. 94. num. 1. tom. 1. l. isti quidem, ff. de eo quod metus causa, gloss. in §. suspectus autem verbo ob culpam, in l. de suspect. tutor. sed ipsimet iure anteferri consuevit à sapientissimis, eminentissimisque viris, Bart. consil. 1. in nouiter impressis nu. 12. & 13. & seq. Capic. decis. Neapolit. 5. n. 7. Menoch. consil. 96. num. 15. consil. 98. num. 8. dict. consil. 302. n. 6. Marc. Tull. Philippica 3. ad decus, & libertatem nati sumus, aut hæc teneamus, aut cum dignitate moriamur, vt de merito crudelis in se ipsum prædicatur, qui suam famam, & ho-